

Il conte Giovanni, figlio
di Dalfio di Marsico

XXVII 91

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Il conte Giovanni, figlio
di Dalfio di Marsico

XXVII 91

1150-9

In nomine domini nostri Ihesu Christi anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo quinquagesimo mense septembris indictione tertia decima.

Ego comes Iohannes filius Dalfii de civitate Marsici clarefacio quoniam presentia bonorum hominum subscriptorum testium voluntate remedio anime mee meorumque defunctorum parentum animarum redemptione obtuli ac per fustem tradidi ecclesia Sancti Petri Tramutule quantum mihi pertinuit de terris videlicet et arboribus fructiferis et infructiferis per cuncta loca Tramutule vallis ut sit eiusdem sancte ecclesie predictae et illorum qui sancta prefata ecclesia regere et gubernare videbunt ad faciendum ipsius ecclesie utilitate sine mea et heredum meorum contrarietate et requisitione omni tempore futuro cum trasitis et exitis suis et cum omnibus infra se habentibus et possidentibus hanc eandem oblationem et baculi traditionem domino Iohanne Marsici Sancte Trinitatis de Cava monacho et cappellano domni Marini eiusdem loci abbatis venerabilis cum advocato suo Constantino notario recipiente positis idem fideiussoribus Raynaldo scribano et Raynaldo Iohannis Malfitani filio atque Donodeo filio Bisantii foresterii predictae civitatis Marsici ut iam nec ego nec heredes mei super eandem iamdictam ecclesiam vel gubernatores eius exinde veniamus nec nos nec per a nobis personas suppositas et si hominum quispiam prefata ecclesia idem molestare quesierit ego vel heredes mei ipsi ecclesie ab omni persona defendamus humana. Ex si taliter noluerimus vel nequiverimus sacram oblationem istam disrumpere vel retroare quesierimus modo quolibet vel ingenio obligo me et meos heredes ipsi ecclesie

eiusdemque rectoribus componere regales aureos viginti et in puplice similiter. Ipsis districtis fideiussoribus licentiam tribuentibus pignare se et heredes suos per eorum omnia pignara legitur et inlegitur sine calumnia et appellatione donec quod preligitur invite impleamus

ex hunc brebem oblacionis traditionis et obligacionis scripsit Iohannes notarius qui interfuisse se confitetur mense et indictione prelati. # Ego Iafridus hoc totum iudex probat ordine notum # Ego Hildemannus iudex